



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Visitatio B. Mariæ V. 2. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

2. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 419  
pōst per urbem graſſata. SIMEONIS quoque funus cū pauculi homines curarent, adfuere Angeli, &c., leſſum an epiniūm? cantarunt totius orbis Mimo. Sur.

Per Christum sensibus invocatus abjecta  
seculi hujus figuram, formam tuam informam  
tui reduc Salvatoris, ut novitas sensuum  
tuorum in tuis actibus elucescat, & cœlestis  
homo cœlesti habitu, jam gradiatetur in ter-  
ra. S. Pet. Chrysol. serm. 120.

VISITATIO B. MARIAE V. 2. Iulij.

**R**edibat in astra Numinis ad M A R I A M  
legatus, quem venturum terris nuntiaverat, cælo venisse nuntiaturus. At  
*Virgo Deo* jam plena visendi ad cognatam Elisabetham studio in viam se de-  
dit. Hanc monstravit, qui sub utero i-  
vit comes, ingens M A T R I , sed du-  
cis sarcina. Hic viæ laborem tempera-  
bat, hic properantibus pedibus alas ad-  
debat, ut expeditior nunquam iverit M A-  
R I A , quâm sic onerata. Jam sub aspectum  
mutuum venerant geminæ cognatæ, jam  
in amoris vincula brachia coiverant,  
cum gaudio gestiens in Elisabetha infans  
*Verbum* in utero latens ex utero prodidit,  
jam tum vox clamantis. Tunc novo pro-  
digio virginitas sterilitati, & sterilitas  
virginitati fœcunditatem est gratu-  
lata: tunc, quas texere Angelus co-  
perat M A R I M laudes, pertexere Elis-  
abetib.

D d. 2. betih.,